AUGUSTINUS TRIUMPHUS DE ANCONA
Hall, 1432-1433 Seite 311r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35029
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ad prelacionis statum vocatus est
Primo quidem est quia via naturalis pre-
dicit terminum. Sed perfectio religionis
est sicut via. Perfectio vero prelacionis
est sicut terminus. Ita prelatio presuppo-
nit ita perfectio. Respondeo dicendum quod per-
fectio religionum in tribus essentia
consistit. Primo in spirituali paupertate
per abdicationem mundialis substancie.
Secundo in corporis et mentis castita-
te per abdicationem omnis carnalis
concupiscencie. Tercio in obediencia per abdi-
cationem omnis elacionis superbie re-
linquendo proprie voluntatis motum.
Ista autem tria vota vero et ex-
emplo apostoli professi in ipsa eorum
prima vocatione quando Mathei iiii vo-
cati a Christo statim relictis omnibus
secuti sunt eum. Super quo vero dicit
Crisostomus quod tria sunt que reli-
quere debent venientes ad Christum.
Primo substancias mundiales que per
navem intelliguntur. Secundo operacio-
nes carnales que per rethe in-
telliguntur. Tercio reverencias pa-
ternales que per patrem intelliguntur.
Unde dicit Apostolus ad Hebreos xii
Si patres quidem carnis
nostre habuimus eruditores
et reverebamur eos, nonne mul-
to magis obtemperabimus patri spi-
rituum et vivemus. Si ergo apostoli
in prima eorum vocatione ista tria
reliquerunt et tria vota essentialia
promiserunt. Planum est quod tunc
ad statum religionis sunt vocati.

In prelatione autem eorum tria possumus
considerare. Primo iurisdictionem que con-
fertur in electione. Secundo spiritualem con-
secrationem que confertur in ordinatione.
Tercio executionem que cum requirat divine
sancte infusionem non potest fieri nisi per
spiritum sancti missionem. Ad statum prela-
cionis apostoli quantum ad eorum iuris-
dictionem vocati sunt Mathei xvi. Ubi
dictum est Petro a quo aliis po-
testatis iurisdictio erat taxan-
da. Tibi dabo claves regni
celorum. Quantum vero ad eorum or-
dinationem vocati sunt ad prelacionis
statum Iohannis xx. Cum dictum est
eis accipite spiritum sanctum quorum
remiseritis peccata remittuntur
eis. Tunc enim facti sunt sacer-
dotes et episcopi. Sed quantum ad
executionem vocati sunt ad prela-
cionis statum Mathei xvii. Ubi postquam
repleti sunt spiritu sancto predicaverunt
verbum domino cooperante et
sermonem confirmante sequentibus
signis. Prius ergo apostoli vocati
sunt ad religionis statum quam
prelacionis. Ad primum ergo dicitur
quod Crisostomus exponit signanter
esse dictum faciam vos fieri pi-
scatores hominum pro doctores
et prelatos non facio sed faciam
ut cum rethe verbi dei comprehen-
datis homines de mundo tem-
pestuoso et periculoso. Ubi
homines alterutrum se comedunt